

At ille (Saul) ait: Peccavi: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & revertere mecum, ut adrem Dominum Deum tuum. *Ibid.* 30. *Vid. & Reg.* 24. 17.

Et ait Rex (Jerobam) ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut restitatur manus mea tibi. Oravitque vir Dei faciem Domini, & reversa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. *3. Reg.* 13. 6.

Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. *Ibid.* 21. 27.

Et in omnibus his non est reversa ad me pravaricatrix Soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. *Jerem.* 3. 10.

Nunc vero remittitur malum, & quae feci in Jerusalem (ait Antiochus) unde & ablati omnia spolia aurea & argentea, quae erant in ea, & missi auferre habitantes Jerusalem sine causa. *1. Math.* 6. 12.

Hic igitur (Antiochus) cepit ex gravi superbia deductus ad agnitionem suam venire, divina admonitio plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus: & cum necesse jam fetorem suum ferre posset, ita ait: Justum est sublitum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Orabat autem hic scelestas Dominum, a quo non esset misericordiam consecutus. *2. Math.* 9. 11.

Peccavi (ait Judas) tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit: & abans laqueo se suspendit. *Math.* 27. 4.

Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis, video te esse. *Aldor.* 8. 22.

Scitote enim, quoniam & postea cupiens hereditate benedictionem (Saul) reprobus est: non enim invenit poenitentiae locum, quamquam cum lacrimis inquisisset eam. *Hebr.* 12. 17. *Gen.* 27. 38.

Controversiarum Index. *Vide Index.*

T I T U L U S L X I.

Contumelia.

Contumelia perversitas.

Grandem enim contumeliam sustinerunt (servi David). *Psalm.* 19. 5.

Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. *Prov.* 11. 2.

Omnes autem stulti miscentur contumeliis. *Prov.* 20. 3.

Esce derisorum, & exibat cum eo jurgium, cessabantque cauae & contumelias. *Ibid.* 22. 10.

Improprium enim & contumeliam malus hereditabit. *Ecclesi.* 6. 1.

Regnum a gente in gentem transfertur propter... injurias & contumelias. *Ibid.* 10. 8.

Est correptio mendax in ira contumeliosum. *Ecclesi.* 19. 28.

Stultitiam hominis auferunt per ostium: & prudens gravabitur contumelia. *Ibid.* 21. 27. *VI de Cap.* 3. 14.

Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia & turpido illius non tegetur. *Ibid.* 26. 11.

Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inalatur: sic & ante sanguinem maleficia, & contumeliae, & minae. *Ibid.* 22. 30.

Homo assuetus in verbis impropriis, in omnibus diebus suis non eruditur. *Ibid.* 23. 10.

Contumeliosus Deus edibiles. *Rom.* 1. 30.

Periculosa.

Qui profert contumeliam, insipiens est. *Prov.* 10. 13.

Quae viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito: ne postea emendare non possis, cum dehonefaveris amicum tuum. *Ibid.* 25. 8.

Ne contra faciem fles contumeliosum, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. *Ecclesi.* 8. 14.

T I T U L U S L X I I.

Conversatio.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverso perversus. *Psalm.* 17. 26.

Qui cum sapientibus gaudet, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. *Prov.* 13. 20.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit superbo, induet superbiam. *Ecclesi.* 13. 1.

Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. *Matth.* 13. 57.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? *1. Cor.* 5. 6.

Nostra autem conversatio in caelis est. *Philipp.* 3. 20.

Quis sapiens... inter vos? ostendat ex bona conversatione operationem suam &c. *Jacob.* 3. 28.

T I T U

T I T U L U S L X I I I.

Conversio ad Deum. *Vide etiam Constitutio.*

In toto corde & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time-
te. *Dist.* 13. 3.

Et nunc venistis ad me necessitate compulsi. *Jud.* 11. 7.

Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferre Deos alienos de medio vestri.

1. Reg. 7. 3.

Si reverfus fueris ad Omnipotentem, edificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. *Job.* 22. 23.

Nisi conversus fueritis, gladium suum vibravit, arcum suum tendit, & paravit illum. *Psalm.* 7. 18.

Deus converte nos, & ostende faciem tuam, & salvi erimus. *Psalm.* 79. 4. *Vide etiam v. 8. & 10.*

Et revertentur (Aegyptii) ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. *Isa.* 19. 22.

Impietas impii non nocetibi, in quamque die conversus fuerit ab impietate sua. *Ezech.* 33. 12.

Venite & revertamur ad Dominum: quoniam ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. *Os.* 6. 1.

Et convertent eos, quia miserorbor eorum: & erunt sicut fuerunt, quando non projeceram eos. *Zach.* 10. 6.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur: & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Heb.* 4. 16.

Acedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. *Ibid.* 10. 22.

Qui conversi fuerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. *Jacob.* 5. 20.

Erratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. *1. Petr.* 2. 25.

Dominus... patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. *2. Petr.* 3. 9.

Beatus & sanctus, qui habet patrem in resurrectione prima (a peccato) in his secunda mors non habet potestatem. *Apost.* 20. 6.

Eit per inspirationem.

Deus virtutem converte nos. *Psalm.* 79. 8. *Vide etiam v. 4. & 20.*

Revertere ad me, quoniam redemi te. *Isa.* 44. 22.

Converte me & convertar, quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim convertisti me, ego poenitentiam. *Jerem.* 31. 18.

Converte nos Domine ad te, & convertemur. *Thren.* 5. 21.

Convertimini ad me, ait Dominus exercituum: & convertar ad vos. *Zach.* 1. 3.

Convertimini de viis vestris malis. *Ibid.* v. 4.

Revertimini ad me, & revertar ad vos. *Malach.* 3. 7.

Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & cum, qui venit ad me, non efficiam foras. *Joan.* 6. 37.

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Ibid.* v. 44.

Omnis, qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me. *Ibid.* v. 45.

Ego sum vita, & veritas, & vita, nemo venit ad Patrem nisi per me. *Ibid.* 14. 6.

Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. *Ephes.* 2. 18.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Jacob.* 4. 8.

Per tribulationem.

Impie facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum Domine. *Psalm.* 81. 17.

Domine in angustia requisierunt te, & quarent nomen tuum Domine. *Psalm.* 26. 16.

Vulgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recesserit ab eo duxerit virum alterum; nunquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. *Leva* oculos tuos in directum, & vide, ubi non prostrata sis. *Jerem.* 3. 1.

Converte Israel ad Dominum Deum tuum & quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, convertimini ad Dominum, & dicit ei: Omnem aufer iniquitatem, accipere bonum: & reddemus vitulos laborum nostrorum. *Osee* 14. 2.

Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. *Luce.* 15. 14.

In se autem reversus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereci! Surgam, & ibo ad patrem meum. *Et infra v. 17.*

Sit ex corde & cum effecta.

Si in toto corde revertimini ad Dominum, autere deos alienos de medio vestri, & præparate corda vestra Domino, & servite ei soli. 1. Reg. 7. 3
In veritate... reliquia convertentur. *Ista.* 10. 21
Convertimini, sicut in profundum recesseratis filii Israel. *Ibid.* 31. 6
Revertentur ad me in toto corde suo. *Jerem.* 24. 7
Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis? Scrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos. *Tiron.* 3. 39

Nunc ergo, dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & in festis, & in planctu. *Jos.* 2. 12
Revertimini a visis vestris pessimis. 4. Reg. 17. 13
Convertantur mihi timentes te. *Ps.* 118. 79
Convertete ad Dominum, & relinque peccata tua. *Eccles.* 17. 21
Revertete ad Dominum, & avertete ab iniquitate tua, & nimis odito execrationem, & cognosce justitias & judicia Dei. *Ibid.* v. 23
Si revertaris Israel, ait Dominus, ad me convertere: Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis. *Jerem.* 4. 1
Convertimini & recedite ab idolis vestris, & ab universis contaminationibus vestris. *Ezech.* 14. 6
Et tu ad Deum tuum converteris: misericordiam & justitiam custodi, & spera in Deo tuo semper. *Osee* 12. 6

Conversionis fructus in occasione mali.

Convertimini itaque peccatores, & facite justitiam coram Domino, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. *Job.* 13. 8
Quam magna misericordia Domini & propitius illius convertentibus ad se? *Eccles.* 17. 28
Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserabitur ejus, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. *Ista.* 55. 7

Si converteris, convertam te, & ante faciem meam stabis: si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. *Jerem.* 15. 19

Noli subtrahere verbum, si forte audiant, & convertantur unusquisque a via sua mala: & poeniteat de mali, quod cogitavi facere eis propter malitiam studiorum eorum. *Ibid.* 26. 3
Convertimini & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris; & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: & quare mortemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini & vivite. *Ezech.* 18. 30
Vivo ego, dicit Dominus: nolo mortem impij, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat. Convertimini, revertimini a visis vestris pessimis: & quare mortemini domus Israel? Justitia justis non liberabit eum in quacunque die peccaverit: & impietas impij non nocet ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua. *Ibid.* 33. 11

Conversionis fructus in constitutione boni.

Si reverfus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Ecceque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum concervabitur tibi. Tunc super Omnipotentem delictis affluens, & elevabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddet. Decernes rem, & veniet tibi, & in visis tuis splendet lumen. *Job.* 22. 26

Convertete ad Dominum, & relinque peccata tua. Precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Revertete ad Dominum, & avertete ab iniquitate tua. *Eccles.* 17. 21
Si revertamini, & quiescatis, salvi eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra. *Ista.* cap. 30. 15

Convertimini ad me, & salvus eritis omnes fines terræ. *Ibid.* 45. 22
Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite; & vivet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fidelis. *Ibid.* 55. 3

Convertimini filii reverentes, & sanabo averseos vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. *Jerem.* 3. 14. & v. 22
Revertimini unusquisque a via sua mala, & a pessimis cogitationibus vestris; & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis & patribus vestris a sæculo & usque in sæculum. *Ibid.* 25. 5

Tempus Conversionis.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam, & operam mortis caliginem. *Job.* 10. 20
Ne festines recedere a facie ejus, neque permanes in opere malo. *Eccles.* 8. 3

Me.

Memento creatoris tui in diebus juventutis tue, antequam veniat tempus afflictionis. *Eccles.* 12. 1

Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. *Eccles.* 5. 8

Convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit, si convertatur, & ignoscat Deus, & revertatur a furore iræ suæ, & non peribimus? *Jos.* 3. 8

Poenitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra. *Act.* 3. 19
Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Heb.* 4. 16

Conversionis per ingressum religionis.

Fiat firmamentum in medio aquarum. *Genes.* 1. 6
Universæ aves ingressæ sunt ad Noe in arcam. *Ibid.* 7. 15
Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *Ibid.* 12. 1

Surgite, & egredimini de loco isto, quia debet Dominus civitatem hanc: & visus est eis quasi ludens loqui. *Ibid.* 19. 14

Nec stes in omni circa regionem, sed in monte salvum te fac, ne & tu simal peres. *Ib.* v. 17

Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte. *Ibid.* v. 30

Vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montem, quem monstravero tibi. *Ibid.* 22. 2

Servi cum assuo in valle remanent, sed filius ascendit. *Ibid.* v. 5

Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt: unde usque hodie dicitur: In monte, Dominus videbit. *Ibid.* v. 14

Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. *Ibid.* 25. 27

Vere Dominus est in loco isto, & porta cali. *Ibid.* v. 16

Non est hic alius nisi domus Dei, & porta cali. *Ibid.* v. 17

Justum est igitur, ut aliquando providæam etiam domui meæ. *Ibid.* 30. 30

Castra Dei sunt hæc. *Ibid.* 22. 2

Apud Laban (mundum) peregrinatus sum, & sui usque in presentem diem --- mitto nuac legationem ad Dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo. *Ibid.* v. 4

Surge (Jacob) & ascende Bethel, & habitabis ibi. *Ibid.* 35. 1

Mundamini, & mutate vestimenta vestra. Surgite & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. *Ib.* v. 2

Eductum de carcere Joseph, totonderunt, & veste mutata obtulerunt ei. *Pharaoni (Christo.)*

Ibid. 41. 14

Educi eos de terra Ægypti, ut manerem inter illos. *Exod.* 29. 49

Vetera novis supervenientibus proiecietis. *Levit.* 26. 10

Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, ut beneficiamus tibi: quia Dominus bona promissit Israeli. *Nam.* 10. 29

Cumque nobiscum veneris, quod optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi. *Ibid.* v. 32

Ascende in montem istum Abarim (id est transeum.) *Ibid.* 27. 12

Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron. *Ib.* v. 13

Lætare Zabalon in exitu tuo (de mundo) & Isachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas justitiæ. Qui inundationem maris quasi lac fœgent. *Dnm.* 33. 18

Et habitavit in locis utissimis Engaddi. 1. Reg. 24. 1

Morabatur autem David in deserto, in locis firmissimis. *Ibid.* v. 14

Alii David Berseelai: Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Jerusalem. 2. Reg. 19. 33

Ædifica tibi domum in Jerusalem, & habitabis ibi: & non egredieris inde hæc atque illuc. Quacumque autem die egressus fueris, & transferis torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum. 3. Reg. 2. 36

Dominus misit me usque in Bethel. 4. Reg. 1. 2

Congrega nos, & erue de gentibus. 1. Par. 16. 35

Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos querimus Deum vestrum. 1. Esd. 4. 2

Pellam pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. *Job.* 2. 4

Elegi abjectus esse in domo Dei mei. *Ibid.* 83. 11

Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. *Ibid.* 132. 1

Iter fecerunt per desertum, quæ non habitabatur, & in locis desertis fixerunt castris. *Sap.* 11. 2

Religiositas custodiet, & justificabit cor: jucunditatem atque gaudium dabit. *Eccles.* 1. 18

Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. *Ista.* 2. 3

Habi.

Habitabit lupus cum agno, & pardus cum bos accubabit. *Ibid.* 11. 6.
 De bo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliva. *Ibid.* 41. 19.
 Et ponet in desertum ejus (Sion) quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Domini.
 gaudium & letitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. *Ibid.* 51. 31.
 Quare sedemus? convenite & ingrediamur civitatem munitam, & inquamus ibi: quia Domi-
 nus Deus noster sileat nos sicut. *Irem.* 8. 14.
 Venite, & ingrediamur Jerusalem a facie exercitus Chaldeorum. *Ibid.* 35. 11.
 Fugite, salvate animas vestras: & eritis quasi myrica in deserto. *Ibid.* 49. 6.
 Fugite de medio Babylonis, ut salvet unusquisque animam suam. *Ibid.* 51. 6.
 In odorem lavandarum suscipiam vos, cum exiero vos de populo. *Exech.* 29. 41.
 Ecce ego lachabo eam, & ducam eam in solitudinem, & (ibi) loquar ad cor ejus. *Osee.* 2. 14.
 Ex Aegypto vocavi filium meum. *Ibid.* 11. 1.
 Et avolabat quasi avis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum. *Ibid.* 11. 11.
 Quia in monte Sion, & in Jerusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, & in relictis, quos
 Dominus vocaverit. *Ibid.* 2. 32.
 Imbus vobiscum: audivimus enim, quoniam Deus vobiscum est. *Zach.* 8. 23.
 Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me. *L. Marc.* 2. 17.
 Et frigit ipse (Maththias) & filii ejus in montes, & reliquerunt quaecumque habebant in
 civitate. *Ibid.* v. 28.
 Omnis voluntarius in lege: & omnes qui fugiebant a malis, additi sunt ad eos; & facti
 sunt illi ad firmamentum. *Ibid.* v. 43.
 Filii, amulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum.
Ibid. v. 59.
 Secentes (Atheni) in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis aga-
 bar: & feni cibos vescentes demorabantur, ne participes essent conglutinationis. *L. Marc.* 5. 17.
 Non veni pacem mittere (Ipsorum) sed gladium: veni enim separare hominem adversus
 patrem suum. *Matth.* 10. 34.
 Tollite jugum meum super vos: jugum enim meum leve est, & onus meum leve. *Ibid.*
cap. 11. 29.
 Simile est regnum calorum thesauri abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit,
 & pra gaudio illius vadit, & vendit universa quae habet, & emit agrum illum. *Ibid.* 12. 44.
 Vade post me Satana (qui thesauri) scandalum es mihi: quia non lapsus es, & quae Dei sunt,
 sed ea, quae hominum. *Ibid.* 16. 12.
 Si quis vis venire post me, abneget semetipsum. *Ibid.* v. 24.
 Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Matth.* 18. 20.
 Sinite parvulos, & nolite eos prohibere (quanto magis adultos) ad me venire. *Ibid.* 19. 14.
 Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, & da pauperibus, & veni, sequere me.
Ibid. v. 21.
 Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius homi-
 nis in sede Majestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus
 Israel. *Ibid.* v. 28.
 Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut matrem, aut matrem, aut
 uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam
 possidebit. *Ibid.* v. 29. (Marcus addit) nunc (in tempore hoc) Marcus 10. 30.
 Abiit (Jesus) foras extra civitatem in Bethaniam, (domum sphaericae) ibique mansit. *Matth.* 21. 17.
 Venit Iosaphat in desertum locum, & requiescit postillum. *Marc.* 6. 31.
 Relictis omnibus secuti sunt eum. *Luc.* 5. 11.
 Ascendens autem in unam navim, quae erat Simonis (obediens) bar tholomae, ubi Dominus
 est. *Ibid.* v. 3.
 Dicit Legi: Sequere me: Et relictis omnibus, furgens, secutus est eum (sic & tu.) *Ibid.* 12. 27.
 Assumpsit discipulis, & recessit locum in locum desertum, qui est Bethsaida (domus fratrum).
Ibid. 9. 10.
 Quid quaeritis viventes cum mortuis? (peccatores) *Ibid.* 24. 5.
 Et audierunt eum (Joannem) duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum (ecce quam faci-
 le.) *Joan.* 1. 37.
 Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: Quid aliter tu me sequere. *Ibid.* 12. 21.
 Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum
 populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, aliopebae enim in remunerationem.
Heb. 11. 24.
 Executus igitur ad eum extra castra, in propinquum ejus portantes. Non enim habemus hic
 manentem civitatem, sed futuram iniquitatem. *Ibid.* v. 13.
 Sultge, & ingredere civitatem, & ibi dicitur tibi, quid te oporteat facere. *Act.* 9. 7.
 Convivia. Vide etiam Cibus & potus.

TITULUS LXIV.

Convivia. Vide etiam Cibus & potus.

Abraham fecit convivium Angelis. *Gen.* 18. 3. Vide & c. 21. 8. c. 26. 30. v. 19. 21. 24. 40. Judica 4. 10.
 16. 25. 21. 9. 21. 7. Reg. 19. 36. 2. Reg. 13. 27. 3. Reg. 31. 15. Epher. 1. 3.
 Filius noster ipse... commellationibus vacat & luxuria atque conviviis. *Dom.* 21. 20.
 Melius est ire ad Domum luctus, quam ad Domum conviviis. *Eccles.* 7. 3.
 Melius est vocari ad olea cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum ostio. *Prer.* 17. 17.
 Noli esse in conviviis potatorum, nec in commellationibus eorum, qui carnes ad vendendum
 conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur, & vestietur pannis dormi-
 tatio. *Ibid.* 23. 20.
 Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. *Eccles.* 37. 32.
 In multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabitque ad choleram. *Ibid.* v. 33.
 Super mensam ne extendas manum tuam prior, & invidia contaminans, erubescas. *Eccles.* 31. 16.
 Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior potas bi-
 bere. *Ibid.* v. 21.
 Et si coactus fueris in edendo multum, surge in medio, evome: & refrigerabit te, & non
 adduces corpori tuo infirmitatem. *Ibid.* v. 25.
 In convivio vini non arguas proximum: & non despectus eum in jucunditate illius. *Ibid.* v. 41.
 Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus: alit enim animam
 suam cibus alienis. *Ibid.* 40. 30.
 Convivium gratia Dei. Vide Librum Arbitrii, & Gratia Dei.

TITULUS LXV.

Convivia. Vide etiam Cibus & potus.

ET ecce Angelus Domini de caelo clamavit dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Ad-
 sum: dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam:
 nunc cognovi quod times Deum, & non pepercisti: invigento filio tuo propter me. *Gen.* 22. 11.
 Populus hic labitis me honorat: cor autem eorum longe est a me. *Matth.* 23. 8.
 Et convocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua haec pauper plus
 omnibus misit, qui misertus est gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis,
 misertus: hac vero de penuria sua omnia, quae habuit, misit coram vitulum suum. *Marc.* 12. 43.
 Si enim voluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est: non secundum id,
 quod non habet. *2. Cor.* 8. 12. Vide Luc. 21. 3.
 Cor mundatum & sanctificatum per Christum.

Mplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. *Psal.* 50. 5.
 Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mandus totus.
 Et vos mundi estis, sed non omnes. *Joan.* 13. 10.
 Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego
 in vobis. *Ibid.* 15. 3.
 Et pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate. *Joan.* 17. 19.
 Et qui novit corda Deum, testimonium perhibebit, dans illis Spiritum sanctum sicut & nobis,
 & nihil discrevit inter nos & illos, nisi purificans corda eorum. *1. Jo.* 15. 8.
 Et hac quidam suspicis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomi-
 ne Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor.* 6. 11.
 Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce: societatem habemus ad invicem,
 & sanguis Jesu Christi filii ejus emundat nos ab omni peccato. *1. Joan.* 1. 7.
 Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad
 emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum
 obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, & ad servien-
 dum Deo viventi. *2. Hebr.* 9. 13.
 Cor & voluntas nostra conformanda voluntati divina. Vide Abnegatio.
 Esto vir fortis, & pugnetis pro populo nostro, & civitate Dei nostri: Deus autem faciet
 quod bonum est in conspectu suo. *2. Reg.* 10. 12.
 Si autem dixerit mihi: Non places, praesto sum, faciat, quod bonum est coram te. *Ibid.* 15. 26.
 Sicut

Sicut autem fuerit voluntas in celo, sic fiat. 1. *Mach.* 3. 60
 Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. *Matth.* 6. 10.
 Et progressus pusillum procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. *Ibid.* 26. 39.
 Et cum ei fradere non possimus, quævimus, dicentes: Domini voluntas fiat. *Act.* 21. 14.
 Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit; & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. 1. *Cor.* 4. 19.
 Quæ est enim vita nostra? Vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit; &. Si vixerimus; faciemus hoc, aut illud. *1. Cor.* 4. 15.

Cor bonum ordinatur bene erga Deum.

Justificacionem meam, quam cepi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. *Job.* 27. 6.
 Iustum adiutorium meum a Domino, qui salvos facit rectos corde. *Psal.* 7. 14.
 Probasti cor meum, & visitasti nocte. *Ibid.* 16. 3.
 Paratum cor meum Deo. *Ibid.* 56. 8.
 Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. *Ibid.* 72. 1.
 Paratum cor meum Deo, paratum cor meum. *Ibid.* 107. 2.
 Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud. *Prov.* 21. 1.
 Appendit autem corda Dominus. *Ibid.* v. 2.
 Præbe, fili mi, cor tuum mihi. *Ibid.* 23. 26.
 Ne accesseris ad illum duplici corde. *Ecclesi.* 1. 36.
 Qui timeant Dominum, præparabunt corda sua. *Ibid.* 2. 20.
 Sapiens cor, & intelligibile, absternebit se a peccatis. *Ibid.* 3. 32.
 Et dabo eis cor unum, & viam unam, ut timeant me univeris diebus: & behe fit eis, & filiis eorum post eos. *Jerem.* 32. 39.
 Et dabo eis cor unum, & spiritum novum tribuam in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: ut in præceptis meis ambulet, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. *Ezech.* 11. 19.
 Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat, & operemini. *Ibid.* 36. 26.
 Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei & patientia Christi. 2. *Thess.* 3. 5.

Erga seipsum.

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. *Prov.* 4. 23.
 Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus ejus. *Ibid.* 16. 9.
 Sicut igne probatur argentum & aurum camino: ita corda probat Dominus. *Ibid.* 17. 3.
 Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius. *Ecclesi.* 10. 2.
 Lava a malitia cor tuum. *Jerem.* 4. 14.

Erga proximum.

NE fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem: & revelet Deus abscondita tua, & in medio Synagogæ elidat te: quoniam accessisti maligne ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. *Ecclesi.* 1. 37.
 Cor sapientis intelligitur in sapientia. *Ibid.* 3. 31.
 Divitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. *ib.* 26. 4.
 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. *Luc.* 6. 45.

Cor malum ordinatur prave erga Deum.

NE forte sit inter vos vir aut mulier, familia, aut tribus, cujus cor aversum est hodie a Domino Deo nostro: ut vadat & serviat diis illarum gentium, & sit inter vos radix geminans sel & amaritudinem. *Deus.* 22. 18.
 Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole sunt, quia eadem cunctis eveniunt, unde & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita sua, & post hæc ad interos deducuntur. *Ecclesi.* 9. 3.
 Va dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non proteguntur ab eo. *Ecclesi.* 2. 15.
 Cor nequam gravabitur in doloribus. *Ibid.* 3. 29.
 Pravum est cor omnium & inscrutabile. Quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. *Jerem.* 17. 9.

Erga seipsum.

Quomodo si argento fordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. *Prov.* 26. 23.

Et Ia.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. *Osee* 7. 11
 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Jacob.* 1. 8

Erga proximum.

Actum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. *Prov.* 25. 20.
 Cor iniqui inquirat mala, cor autem rectum inquirat scientiam. *Ibid.* 27. 21.
 Væ duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. *Ecclesi.* 2. 14.
 Cor pravum dabit tristitiam, & homo peritus resister illi. *Ibid.* 26. 22.
 Malus homo de malo thesauro profert malum. *Luc.* 6. 45.
 Flagellatur dure.

Ablominabile Domino cor pravum. *Prov.* 11. 20.
 Qui perversi cordis est, non inveniet bonum. *Ibid.* 17. 20.
 Qui vero mentis est dura, corruet in malum. *Ibid.* 28. 24.
 Cor durum habebit male in novissimo. *Ecclesi.* 3. 27.
 Cor ingrediens duas vias, non habebit successum, & pravus corde in illis scandalizabitur. *Ibid.* v. 28.
 Quorum cor post offendicula & abominaciones suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus. *Ezech.* 11. 21.
 Divisum est cor eorum, nunc interibunt. *Osee* 10. 2.

Cordis duritia. Vide Obscuratio.

TITULUS LXVI.

Corona vita.

ET in medio eorum erat juvenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas. 4. *Esai.* 2. 43. *Vide* & v. 44. 45. 46. 47.
 Ideo accipiet regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. *Sap.* 5. 17.
 In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustum iudex, non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. 8.
 Beatus vir qui sustulit tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam reponit Deus diligentibus se. *Jacob.* 1. 12.
 Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apoc.* 2. 10.

TITULUS LXVII.

Corpus mysticum.

Quomodo ordinatur ad Christum.

Sicut enim in uno corpore multa habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. *Rom.* 12. 4.
 Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. *Rom.* 14. 7.
 Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum fiat multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. 1. *Cor.* 12. 12.
 Et ipsum (Christum) dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. *Ephes.* 1. 22.

Ad seipsum.

Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? 1. *Cor.* 12. 14.
 Non potest unum oculus dicere manui: Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarij, sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt. *Ibid.* v. 21.
 Sed Deus temperavit corpus ei, cui deerat, abundantiorum tribuendo honorem, ut non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra: & si quid patitur unum membrum, compatiantur omnia membra &c. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. *Ibid.* v. 24.
 Unum corpus & unus spiritus. *Ephes.* 4. 4.
 Et ipse desit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerii: in adificationem corporis Christi. *Ibid.* v. 11.

Thesaur. Bibli.

H

T I.

Correctio.

Correctio fraterna. Vide etiam Imperium punitio.

Nolite, quæso fratres mei, nolite malum hoc facere. Gen. 19. 7. Et increpavit (Abraham) Abimelech, propter puteum aquæ, quem vi abstuleram terra eius. Ibid. 21. 25

Babes & Judas temperaverunt suorum fratrum, ne occiderent Joseph. Gen. 37. 23

Moses caritative corripuit Ægyptium: Quare percussit proximum tuum? Exod. 2. 13

Quid est hoc, quod facis in plebe? cur solus sedes &c. Ibid. 18. 34

Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore confumeris &c. Ibid. v. 17

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Levit. 19. 17

Phariseus filius Elazar & ceteri viri sanctissimi, qui adfuerant altate in scandalum filiorum Israel, discrete arguerunt, & satisfactionem liberalissime susceperunt. Iosus 22. 16

Cur tantum neta in vobis reperitum est? Tradite homines de Gabata, qui hoc flagitium perpetravit. Iudith. 20. 12

Ne pecces Rex in seruum tuum David. 1. Reg. 19. 4. Vide & N. 5. & 6

Volens Asigal argueere vitam suam super dicitur, quam offenderat nuntius David, noluit statim dicitur post prodium, sed suspexit tempus opportunum, cum prius vinum digessisset in crastinum. Ib. 2. 36

Audienti Iudith presertim crimem suum, reprehendit eos sermonibus caritativis. Iudith. 8. 12

Corripit me iustus misericordia, & increpavit me, oleum autem peccatoris non impinguit caput meum. Psal. 140. 5

Via vitæ custodiens disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. Prov. 10. 17

Idem cap. 13. 2. 6. 23

Qui autem edit increpationes, insipiens est. Prov. 12. 1

Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. Ibid. 15. 51

Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Ibid. 17. 10

Qui arguitur etiam (implorans) laudabuntur: & super ipsos veniet benedictio. Ibid. 24. 25

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Ibid. 25. 12

Melior est manifesta correctio, quam amor absconditus. Ibid. 27. 5

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Ibid. 28. 23

Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Ibid. 29. 1

Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. Ecclesi. 7. 6

Quam bonum est arguere, quam irasci. Ecclesi. 20. 1

Corripe amicum, sape enim fit commissio. Ibid. 19. 15. Vide & v. 13

Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, convertetur ad cor suum. Ibid. 21. 7

Si autem peccaverit in te frater tuus, vade & corripi eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, &c. Matth. 18. 15

Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si penitentiam egerit, dimitte illi. Luc. 17. 3

Respondens alter alter (latro), increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem scilicet, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Luc. 23. 40. Vide & Joan. 9. per rotam de caco nato.

Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei resistit, quia reprehensibilis erat. Gal. 2. 11

Peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant. 1. Tim. 5. 20

Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati &c. 2. Tim. 2. 25

Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum: scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore via suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Jacobi. 5. 19

Veram & certam dedit Dominus regulam Petro de correctione fraterna faciendâ. Ibiens.

Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripie eum inter te & ipsum solum. Matth. 18. 15. Luc. 17. 3

Correctio bona requirit bonam intentionem.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Levit. 19. 17

Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat: Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Ecclesi. 19. 13

Corripie proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. Corripie amicum: sape enim fit commissio. Ibid. v. 14

Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos carissimos moneo. 1. Cor. 4. 14

Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. 1. Tim. 5. 20

Et debitam executionem.

Abigal vitium suum Nabal in convivio non arguit, sed post. 1. Reg. 25. 36

Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Ecclesi. 7. 4

Probata autem vitium corripit insipientes. Sap. 1. 3

Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Ecclesi. 8. 13

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripie iuste. Ib. 11. 7

Corripie proximum antequam comminere. Ibid. 19. 17

Quam bonum est arguere, quam irasci, & consistem in oratione non prohibere. Ibid. 20. 1

In convivio vini non arguas proximum. Ibid. 31. 41

Fratres, & si prooccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, humiliter instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu teneris. Galat. 6. 1

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes etiam ad omnes. 1. Thimo. 5. 14

Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem: juvenes ut fratres, avus ut matres: juveniles, ut sorores, in omni castitate. 1. Tim. 5. 1

Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. 2. Tim. 2. 24

Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Ibid. 4. 2

Et gratia susceptionem, quoad correctionem.

Corripit me iustus in misericordia, & increpavit me. Psal. 140. 5

Convertimini ad correptionem meam. Prov. 1. 23

Plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Ibid. 17. 10

Vir impius procaeciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam. Ibid. 21. 29

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Ibid. 25. 12

Vir prudens & disciplinatus non murmurabitur corripit, & infans non honorabitur. Ecclesi. 10. 18

Quam bonum est correptionem manifestare poenitentiam: si enim effugies voluntarium peccatum. Ibid. 20. 4

Et adquiret magnam remunerationem corrigenti.

Si peccaverit anima, & audiverit vocem jurantis, testisque fuerit, quod aut ipse vidit, aut confensus est: nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam. Levit. 5. 1

Argue sapientem & diliget te. Prov. 9. 8

Qui dicitur impius, iustus & maledicentis eis populi, & desolabuntur eos tribus. Qui arguant eum, laudabuntur: & super ipsos veniet benedictio. Ibid. 24. 24

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Ibid. 28. 23

Correctio est bona.

Qui autem custodit increpationes, altitior fiet. Prov. 15. 5

Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. Ibid. v. 31

Qui abiicit disciplinam, despiciet animam suam: qui autem adquisierit increpationibus, posterior est cordis. Ibid. v. 32

Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Ibid. 27. 5

Virga atque correptio tribuit sapientiam. Ibid. 29. 15

Sicut sonitus spinarum argentium sub olla, sic risus stulti. Ecclesi. 7. 7

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Matth. 18. 15

Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum: scire debet quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore via suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Jacobi. 5. 19

Corrigens alterum debet esse irreprehensibilis.

Qui autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? &c. Matth. 7. 3. Vide & Joan. 8. 7

Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, &c. 1. Tim. 3. 2

In omnibus se ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum suum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Titum. 2. 6. 7

Corruptio mala ex parte corripientis.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis, Super pupilum iruitis, & supertere nitimini amicum vestrum. *Job 6. 26*
In ore stulti virga superbia: labia autem sapientium custodiunt eos. *Prov. 14. 3*
Est correptio mendax in ira contumeliosi. *Eccles. 19. 28*
Qui correptio videtur festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejectione festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo. Hypocrita! ejectione primam trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejectione festucam de oculo fratris tui. *Matth. 7. 3. Idem Luc. 6. 41*
Qui frater peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. *Joan. 8. 7*

Ex parte contrinuentis.

Agar ancilla Sara non ferens correptionem Domini sua, qua eius superbia redarguatur, fugit a domo, sed iussa est ab Angelo, ut rediret ad dominum suum, & se humiliaret sub manu eius. *Gen. 16.*

Ingressus es -- ut advena, numquid ut iudices? *Ibid. 19. 9*
Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaveritis ex adverso mihi: ego quoque contra vos adversus incedam, & percussiam vos septies, propter peccata vestra. In ducamque super vos gladium ultorem foederis mei. *Levit. 26. 23*

Quis te constituit principem & iudicem super nos? *Exod. 2. 14*
Mithas Prophetas, qui non est locutus ad regem principum, a Seheria in maxillam percussit, & a Rege Israel iussus est in carcerem mitti. *3. Reg. 22. 24. Vide & 2. Par. 16. 7. Jer. 32. 22. Daniel 6. 14.*

Sara filia Raguelis unam de ancillis suis iuste increpat propter culpam: & illa nimis iniuriis respondet: Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. *Gen. 16. 3. 7*

Cor eorum longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabuntur. *Job 17. 4*
Qui erudit discipulum, ipse injuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli a gure discipulum, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. *Prov. 9. 7*
Via vitæ custodienti disciplinam, qui autem increpationes relinquit, errat. *Ibid. 10. 17*
Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. *Ibid. 12. 1*

Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit, cum arguitur. *Ibid. 13. 1*
Qui increpationes odit, morietur. *Ibid. 15. 10*
Non amat pestilens eum, qui se corripit. *Ibid. v. 12*

Si contuderis stultum in pila, quasi pitifanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. *Ibid. 27. 22*

Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus: & eum sanitas non sequetur. *Ibid. 29. 1*

Perversi difficile corriguntur. *Eccles. 1. 15*
Confidera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. *Ibid. 7. 14*
Qui odit correptionem, minuetur vita. *Eccles. 19. 5*
Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris. *Ibid. 21. 7*

Peccator homo vitabit correptionem, & secvadam voluntatem suam inveniet comparationem. *Ibid. 32. 21*

Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit correptus. *Ibid. 10. 28*
Argumentum in porta supplantabant, declinaverunt frustra a iusto. *Istaie 29. 21*

Odio habuerunt corripientem in porta. *Amos 5. 10*
Joannes Baptista dicebat Herodi: Non licet tibi uxorem fratris habere, sed age ferens Herodes Joannem in vincula constitutum interfecit. *Matth. 14. Vide & Joan. 9. de cæco nato. Item Actuum 7. de Stephano.*

Herodes autem Tetrarcha, cum corripiretur ab illo (Joanne) de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere. *Luc. 3. 19. Vide & Marc. 6. 17*

Non potest mundus odisse vos; me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, & quod opera eius mala sunt. *Joan. 7. 7*

Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? *Gal. 4. 16*

Corruptio filiorum.

Suscipite adversum Heli omnia, qua locutus sum super domum ejus: incipiam & complobo: Prædixi enim ei, quod iudicatus esset domum ejus in æternum propter iniquitatem: eo quod venerat indigne agere filios suos, & non corripuit eos. *1. Reg. 3. 12*

Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo: & infra; Nec corripuit eum pater suus aliquando. *3. Reg. 1. v. 5. & 6.*

Audite filii disciplinam patris. *Prov. 4. 1*

Qui

Qui parit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit filium, instanter erudit. *Prov. 13. 24*
Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. *Ibid. 15. 5*
Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam. *Prov. 19. 13*
Stulticia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. *Ibid. 22. 15*
Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percussus cum virga, non morietur. Tu virga percutes eum: & animam ejus de inferno liberabis. *Prov. 23. 13*

Virga atque correptio tribuit sapientiam: puer autem, qui dimittit voluntati suæ, confundit matrem suam. *Ibid. 29. 15*

Filii tibi sunt? erudi illos, & curva illos a pueritia illorum. *Eccles. 7. 25*
Et utile est mos sine filiis, quam relinquere filios impios. *Ibid. 16. 4*

Contusio patris est de filio indisciplinato: filia autem in demeritatione fiet. *Ibid. 22. 3*
Qui diligit filium suum, assidue illi flagella, ut lateatur in novissimo suo; & non palpet proximorum offitia. *Eccles. 30. 1*

Qui docet filium suum, laudabitur in illo: & in medio domesticorum in illo gloriabitur. *Ibid. v. 2*

Qui docet filium, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. *Ibid. v. 3*
Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: simile enim reliquit sibi post se. *Ibid. v. 4*

In vita sua vidit, & latatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis: reliquit enim defensionem domus contra inimicos; & amicis reddentem gratiam. *Ibid. v. 5*

Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit præceps. *Ibid. v. 8*
Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans est, ne forte inducet, & non credat tibi: & erit tibi dolor animæ (hic & in futuro). *Ibid. v. 12*

Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. *Ibid. v. 13*
De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio (propter malum exemplum & defectum doctrine). *Ibid. 21. 10*

Præpare filios ejus occisioni in iniquitate patrum suorum, (qui non docuerunt eos). *Istaie 14. 21*
Educate illos (filios vestros) in disciplina & correptione Domini. *Ephes. 6. 4*

Quis enim filius, quem non corripit pater. *Heb. 12. 7*

Corruptio impiiorem est tuis in timorem & cautionem. Vide Impii.

TITULUS LXIX.

Creator omnium rerum Deus.

In principio creavit Deus cælum & terram. *Gen. 1. 1*

Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo, &c. *Exod. 20. 11. Vide & Gen. 2. 2*

Tua est, Domine, magnificentia & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes. *1. Paral. 29. 11.*

Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti. *Psal. 88. 12*

Benedixi vos a Domino, qui fecit cælum & terram. *Psal. 113. 15. Vide & Psal. 95. 5. Psal. 120. 2. 123. 8. 145. 6*

Domine exercituum, Deus Israel, qui sedes super Cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ; tu fecisti cælum & terram. *Istaie 37. 16*

Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientie ejus. *Ibid. 40. 28. Ibid. 41. 5*

Hæc dicit Dominus, Redemptor tuus, & formator tuus ex utero: Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælus solus, stabilis terram, & nullus mecum. *Ibid. 44. 24*

Ego feci terram, & hominem super eam creavi ego: manus mea tetenderunt cælus, & omni militie eorum mandavi. *Ibid. 45. 12*

Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cælus: ego vocabo eos, & stabunt simul. *Ibid. 48. 13*

Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælus, & fundavit terram. *Ibid. 51. 13*
Qui fecit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælus. *Jerem. 10. 12. Vide & Baruch. 3. 32*

Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cælum, & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extenso: non erit tibi difficile omne verbum. *Ibid. 32. 17*

(Deus) qui fecit terram in fortitudine sua, præparavit orbem in sapientia, & prudentia sua extendit cælus, &c. *Jerem. 51. 15*

Dominum Deum cali ego timeo, qui fecit mare & aridam. *Jona 1. 9*
Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fogens spiritum hominis in eo: *Zach. 12. 1*

Zhefau. Bible.

H 3
Uns

Unus est Altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metendus nimis, sedens super thronum illius, &c. *Eclli. 1. 8.*
 Confiteor tibi Pater cali, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. *Matth. 11. 25.*
 Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. *Joan. 1. 3.*
 Domine, tu es qui fecisti calum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. *Act. 4. 24.*
 Domine, tu es qui fecisti calum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, &c. *Ibid. 14. 14. Vide & 1. 4. 5. 6. Act. 7. 48.*
 Unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus, Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. *1. Corin. 8. 6.*
 Deus omnia creavit. *Ephes. 3. 9. Coloss. 1. 16. Hebr. 1. 2.*
 Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cali, & terræ. *Hebr. 1. 10.*
 Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cali, & terræ, cum sit Dominus, &c. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cali & terræ cum sit Dominus, &c. *Hebr. 17. 24.*

Omnia namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit Deus est. *Hebr. 3. 4.*
 Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creati omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. *Apo. 4. 11. & 4. 14. 7. 6. 10. 6.*

TITULUS LXX

CREATURA.

CREATURA A DEO POTENTER CREATUR.

In principio creavit Deus calum & terram. *Genes. 1. 8.*
 Istæ sunt generationes cali, & terræ. *Ibid. 2. 4. Vide & v. 1.*
 Verbo Domini cali firmati sunt... quoniam ipse dixit & facta sunt. *Psal. 33. 6. & 9.*
 Tuus es dies, & tua est nox... tu fecisti omnes terminos terræ. *Ibid. 73. 16.*
 Initio tu Domine terram fundasti. *Ibid. 101. 46.*
 Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti. *Ibid. 103. 24.*
 Per quem fecit & facta. *Hebr. 12.*
 Fide intelligimus aptata esse scæcula verbo Dei. *Ibid. 11. 3.*

Sapienter gubernantur. Vide & Providentia divina.

Ordinatione tua perseverat dies. *Psal. 118. 91.*
 Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset, conservaretur? Parcitas autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. *Sap. 11. 25.*
 Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis. *Ibid. 13. 13.*

Uiliter ordinantur.

Viditque Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde bona. *Gen. 1. 31.*
 Cunctis diebus terræ sementis & mellis, frigus & æstus, æstas & hiems, nox & dies, non requiescent. *Ibid. 8. 22.*

Opera Domini universa bona valde. *Eclli. 39. 21.*
 Bona bonis creatura sunt ab initio, sic nequissimi bona & mala. *Ibid. v. 30.*
 Initium necessitatis rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similitudinis, & mel, & botrus uvæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatoribus in mala convertuntur. Omnia opera Domini bona. *Ibid. v. 31. v. 29.*
 Non est dicere: Hoc illo nequius est: Omnia enim in tempore suo comprobabuntur. *Ibid. v. 40.*

Omnis creatura Dei bona est. *1. Tim. 4. 1.*

Credulitas falsa. Vide Suspicio.

TITULUS LXXI

CRESCERE IN SCIENTIA.

Veritatem autem facientes in caritate, crescemus in illo per omnia, qui est caput, Christus. *Ephes. 4. 15.*
 Ut ambulatis digne, Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. *Coloss. 1. 10.*
 Sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. *1. Pet. 2. 2.*

T. I.

TITULUS LXXII.

CRUX.

CRUX & TRIBULATIO ACCIDIT OMNIBUS PIE VIVENTIBUS. Vide & TRIBULATIO.

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras: cumque essent in agro, confurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. *Gen. 4. 8. Vide & Sap. 10. 3. Matth. 23. 35. 1. Joan. 3. 12. Iudæ v. 21.*

Oderat ergo semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: Veniet dies lactus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. *Ibid. 27. 41. Vide & Gen. 37. 18.*

Filius accedens ad servitum Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. *Eclli. 7. 1.*

Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. *Psal. 37. 20.*

Septies enim cadet iustus, & resurget, impij autem corruent in maham. *Prov. 24. 16.*

Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba. *Matth. 10. 16. Luc. 10. 3.*

Excitantes autem Pharisei, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum. *Ibid. 12. 14.*

Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Ibid. 16. 24.*

Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. *Ibid. 24. 9.*

Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis vapularib, & ante præfides & reges stabitis propter me, in testimonium illis. *Matth. 23. 7.*

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem & uxorem, & filios & fratres, & fratres, adhuc & animam suam, non potest me esse discipulum. *Luc. 14. 26. Matth. 10. 37.*

Memento sermonei mei, quem ego dixi vobis: Non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, &c. *Joan. 15. 20. Cap. 16. 1. 13. 16. Matth. 10. 24. c. 24. 9.*

Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequatur eum, qui secundum spiritum? ita & nunc. *Gal. 4. 29. Gen. 22. 40.*

Ut nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus. *1. Thes. 3. 3.*

Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. *2. Tim. 3. 12.*

Carissimi, nolite peregrinari in terrore, qui ad tentationem vobis sit, quasi novi aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudetis exultantes. *1. Pet. 4. 12.*

Crux a Deo impetrat ad nostram utilitatem.

Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo. *1. Reg. 7. 14.*

Beatus homo, qui corrumpitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes. *Job. 5. 17.*

Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias: nec deficiat cum ab eo corripis: quem enim diligit Dominus, corrumpit, & quasi pater in filio complacet sibi. *Prov. 3. 11.*

Et quia accipis eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. *Job. 12. 13.*

Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. *Judith. 8. 22. Gen. 22. 1.*

Te vero non consumam, sed castigabo te in judicio, nec quasi innocenti parcam tibi. *Jere. 46. 23.*

Obsecro autem eos qui hæc librum lætari sunt, ne abhorreant propter adversus casus, sed reputent ea, quæ acciderant, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. *1. Mach. 6. 12.*

Quod si nos ipsos diduciamus, non utique diduciamur. Dum judicamur autem, a Domino corrumpimur, ut non cum hoc mundo damnemur. *1. Cor. 11. 31.*

Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. *Hebr. 12. 7. 6. Prov. 3. 11.*

Ego quos amo, arguo & castigo. Emulare ergo, & penitentiam age. *Apo. 3. 19.*

Per crucem & adversitatem pervenimus ad cognitionem Dei, & ad vitam æternam.

Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Oderantque filios Israel Ægyptii, & affligebant illudentes eis. *Exod. 1. 12.*

Qui postquam coanguatus est, (scilicet Manasses) oravit Dominum Deum suum: & egit penitentiam valde, coram Deo patrum suorum. Deprecatus est eum, & obtulit invente: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jerusalem in regnum suum, & cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset Deus. *1. Paral. 33. 12.*

H 4

Memo-

Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. *Judith. 8. 22. Gen. 20. Vide & hoc Capite v. 15*

Via vite increpato discipulorum disciplina est. *Prov. 6. 23*
 Nonne hac oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? *Luc. 24. 26. Vide & v. 45. Philip. 2. 8. Hebr. 2. 9. c. 12. 2*

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodiet eam. *Joan. 12. 25. Matth. 10. 29. 16. 15*

Paulus scribit & Barnabas Confirmantes animas discipulorum, exhortantemque ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *AB. 14. 22*
 Si autem filii, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Rom. 8. 17*

Id enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternam gloriae pondus operatur in nobis. *2. Cor. 4. 17. Vide & v. 8*

Gratias agit Deo pro his ac tolerantia Tribulationem in persecutionibus, propter quas dicit illos gloriam, adversarios vero ultionem in die iudicii recepturos, erant; ut digni habentur vocari Dei. *2. Thes. 1*

Cruce ferenda est cum patientia & gaudio.

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum &c. *Matth. 5. 10. 1. Petr. 2. 20*

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. *Ibid. 10. 38. c. 18. 24. Marc. 8. 34*

Si me persecuti sunt, & vos persequentur. *Joan. 15. 20. c. 13. 16. Matth. 10. 24. c. 24. 9*
 Hae locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. *Joan. 16. 33*

Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. *Act. 5. 41*

Quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum. *2. Cor. 8. 2*

Qui nunc gaudent in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia, &c. *Coloss. 1. 24*

Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. *Jacob. 1. 2*
 Beatus vir qui fufferit tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. *Ibid. 12*

Quae enim est gloria, si peccantes, & colaphizati fufferitis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hac est gratia apud Deum, &c. *1. Petr. 2. 20. c. 3. 14. c. 4. 14*

Carissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis sit, quasi novum aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudeat, ut & in revelatione gloriae ejus gaudeatis exultantes. *1. Petr. 4. 13*

Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, &c. *Hebr. 10. 34*

In cruce & afflictione consolatio.

Beatus homo, qui corripitur a Deo &c. *Job. 5. 17*
 Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. *Prov. 18. 12. Vide & Isaia 26. 19. 19. Thren. 3. 28. Matth. 5. 10. Joan. 15. 20*

Amen amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. *Joan. 16. 20. Ut in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Ibid. v. 33*

Existimo enim, quod non sunt consignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. *Rom. 8. 18*

Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proveant, ut possitis sustinere. *1. Cor. 10. 13*

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiam, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt &c. *2. Cor. 1. 3*

Per crucem probat nos Deus.

ET nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, & memores sint, quia tentati sunt patres nostri, ut probarentur, si vere colerent Deum suum. *Judith. 3. 21*

Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humilitationis. *Eccli. 2. 4*

Sicut

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. *Prov. 17. 3*
 In paucis vixati, in multis bene disponatur: quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. *Sap. 3. 5. 1. Pet. 1. 7*

TITULUS LXXXIII.

Cruce signatio.

IN serpente avo, quem Moyses ex precepto fecit Dominus ponere in sublimi. *Nam. 21. 9*
 Et levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel. *Isaia 11. 12*

Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem: & signa Thau super frontes virorum gentium, & dolentium super cunctis abominationibus quae sunt in medio ejus. *Exech. 9. 4*

Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltavit filium hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. *Joan. 3. 14*

Gloria in cruce.

Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. *Sap. 14. 7*
 Nos autem praedicamus Christum crucifixum: Judaeis autem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Judaeis, atque Graecis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. *1. Cor. 1. 23*

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. *Galat. 6. 14*
 Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. *Hebr. 13. 13*

Quibus cruce abominatio est.

Quando peccaverit homo, quod morte plebendum est, & ad iudicium morti, appensus fuerit in patibulo: non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a Deo est, qui pendet in ligno. *Deut. 21. 22. Gal. 3. 13*

Verbum enim crucis, pereantibus quidem stultitia est; iis autem, qui salvi fiunt, (id est nobis) Dei virtus est. *1. Cor. 1. 18*

Imitatores mei estote fratres, & observate eos, qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat, quos sepe dicebam vobis (nunc autem & fens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. *Phil. 3. 17*

Rursum crucifigentes sibi crucis filium Dei, & ostentati habentes. *Hebr. 6. 6*

TITULUS LXXXIV.

Cultus verus & internus, seu pietas Dei, exigit cor hominis & voluntatem. Vide & Adoratio Dei.

Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera Domino, & Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui &c. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. *Gen. 4. 3*

Enoch filius Seth cepit invocare nomen Domini. *Gen. 4. 26*
 Aedificavit autem Noe altare Domino: & obtulit holocausta super altare. Oloratusque est Dominus odorem suavitatis. *Ibid. 8. 20*

Paratus fuit Abraham offerri Deo victimam suam Isaac in holocaustum. *Ibid. 22*
 Quis dicit talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore, & bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum. *Deut. 5. 29*

Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *Ibid. 6. 5*

Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vis ejus & diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua. *Ibid. 10. 12*

Si ergo obedieritis mandatis meis, quae ego hodie praecipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & serviat ei in toto corde vestro & in tota anima vestra, &c. *Ibid. 11. 13*

Hodie Dominus Deus tuus praecipit tibi, ut facias mandata haec atque iudicia: & custodias, & impleas ex toto corde & ex tota anima tua. *Ibid. 26. 16*

Eo quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque letitia propter rerum omnium abundantiam: servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus in fame & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. *Ibid. 28. 47*

Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum & cor feminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis vivere. *Ibid. 30. 6. v. 2. Deut. 10. 10. 25*

Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis universum malum hoc: verum tamen

tamen nolite recedere a tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro. 2. Reg. 12. 10.
 In tota anima tua time Dominum, & facerdes illius sanctifica. *Ecl. 7. 31*
 Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me. *Isa. 29. 13*
 Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me. *Matth. 15. 8. Marc. 7. 6*
 Diliges Dominum Deum tuam ex toto corde tuo, & in tota anima tua & in tota mente tua, &c. *Matth. 22. 37. Marc. 12. 30*
 Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater talis querit, qui adorant eum. *Joan. 4. 23*

Cultus externus Deo gratus. *Vide Cereonia.*

Cultus Sanctorum, Imaginum, Reliquiarum &c. *Vide Titulus suis.*

TITULUS LXXV.

Curiositas humana & mundana.

Primaria transgressio est occasio ortum habuisse videtur ex eo, quod Eva serpenti curiosi auscultavit, & lignum vitium curiosi appetit. *Gen. 3.*
 Egredia est Dina filia Læ, ut videret mulieres regionis illius. Sed postea ipsa visit, & oppressa fuit. *Ibid. 34*

Alii nulla curiositate videantur quæ sunt in Sanctuario, priusquam involvantur, alioquin morientur. *Nam. 4. 20*

Ozias, rex Juda, ingressus templum Domini, accepit thronulum, & voluit addere incensum, quod non ad suum, sed ad sacerdotum pertinebat officium. Sciatque orta est lepra in fronte ejus. *2. Paral. 25. 19*

Herodes visus Jesu garisus est valde, non tamen pietatis, sed curiositatis gratia, quia sperabat scire aliquod ab eo videre secretum. *Luc. 23. 8*

Curiositatem dissipatorum, scire volentium tempus secreti advenit, & conspectu Domini, & dicitur: Non est vestram nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. *Matth. 13. 35*

Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis. *4. Esd. 4. 26*

Quis autem investigator malorum est, opprimitur ab eis. *Prov. 11. 17*

Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus, noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curiosus. De ea re, quæ te non molestat, ne ceteris. *Ecl. 3. 31. Ibid. c. 12. 19*

TITULUS LXXVI.

Custodia sui post conversionem.

Custodie igitur temetipsum, & animam tuam sollicite. *Deut. 4. 9*
 Custodie igitur sollicite animas vestras (caute, ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis a Domino). *Ibid. v. 15*

Judices & magistratos constitues in omnibus portis tuis (Jersusalem). *Ibid. 16. 18*

Quando egredieris fueris adversus hostes tuos in pugnâ, custodies te ab omni remala. *Ibid. 23. 9*

Descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. *Judic. 5. 11*

Et maniam fervavi animam meam ab omni concupiscentia. *Tob. 3. 15*

Omnis custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. *Prov. 4. 23*

Custos animæ suæ servat viam suam. *Ibid. 16. 17*

Qui omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternam non peccabis. *Eccle. 7. 40*

Quasi a facie colubri fuge peccata. *Ibid. 21. 2*

Super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. *Isa. 21. 8*

Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati. *Jerem. 17. 21*

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super manitionem. *Habac. 2. 1*

Judas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis videntes, quæ facta sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. *2. Macc. 12. 42*

Regnum Dei intra vos est; (Custodite ergo, quia thsaurus maximus est.) *Luc. 17. 21*

Eccæ factus es, jam amplius noli peccare. *Joan. 5. 14*

Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. *1. Cor. 3. 16*

Abi non cognoscitis volmetipsos, quia Caritas Jesus in vobis est, nisi forte reprobi estis. *2. Cor. 13. 5*

O Timothee, depositum custodi. *1. Tim. 6. 20*

Melius enim erat illis, non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem, retrorsum converti ab eo, quo tibi illi traditum est, sancto mandato. *2. Petri, 2. 21*

Rea-

Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant caritatem ejus. *Apo. 16. 15*

Custodia Oculorum. *Vide Oculorum Custodia.*

D

TITULUS I.

Damones.

Damones expelluntur. *Vide & Spiritus mali.*

Dæmonium occidit septem viros Sara, filia Ragueli, sed fuit ejusdem pro boni Angelus Raphaelis nomen. *Tob. 3. 8. Vide c. 8.*

Vesperæ autem factæ obtulerunt ei multos Damonia habentes: & eiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curavit. *Matth. 8. 16.* Damones autem rogabant eum dicentes: Si ejus nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. v. 34.

Ex ejectione Damonio, locutus est mutus, & mirata sunt turbæ &c. *Ibid. 9. 33. Vide & Luc. 11. 14.* Tunc oblatas est ei damonium habens, cæcus & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret. *Ibid. 12. 22*

Et increpavit illum Jesus, & exiit ab eo damonium, & curatus est puer ex illa hora. *Ibid. 17. 17*

Et increpavit illum Jesus dicens: Obmutescite, & exi ab eo. Et cum projecisset illum Dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. *Luc. 4. 35. Cap. 8. 2. & 18*

Et cum accederet, elisit illum Dæmonium, & dissipavit. Et increpavit Jesus Spiritum immundum, & sanavit puerum, & reddidit illum patri ejus. *Ibid. 9. 42*

Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam Dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo. *Ibid. 10. 17. Cap. 13. 10*

Concurrebant autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes agros, & sexvatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes. *Matth. 5. 16*

Multi enim eorum, qui habebant spiritus immundos, & clamantes voce magna exiabant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. *Ibid. 8. 7. & c. 16. 18*

Etiam per malos Damones expelluntur.

MULTI dicunt mihi in illa die: Domine, Domine, nomen in nomine tuo. Dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis: Quia nunquam novi vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem. *Matth. 7. 22*

Respondit illi Joannes, dicens: Magister, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem Dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum &c. *Matth. 9. 37. Idem Luc. 9. 49*

Tentaverunt autem quidam, & de circumventibus Judæis adjuvatis invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicens: Exorcizo vos per Jesum, quem Paulus prædicat. *Act. 19. 13*

Damones agnoscunt, & credunt Deum. *Vide etiam Diabolus.*

ET ecce clamaverunt dicentes: Quid nobis & tibi Jesu filii Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. *Matth. 8. 29*

Et erat in Synagoga eorum homo in Spiritu immundo, & exclamavit, dicens: Quid nobis & tibi Jesu Nazarene? Venisti perterere nos? Scio, quis sis, sanctus Dei. *Marc. 1. 23. Idem Luc. 4. 33*

Et Spiritus immundi, cum illum videbant, & prodeiebant ei: & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. *Ibid. 3. 11*

Videns autem Jesum a longe, cucurrit & adoravit eum: & clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi, Jesu fili Dei altissimi? adjuro te per Deum, ne me torques. Dicebat enim illi: Exi Spiritus immunde ab homine. *Ibid. 5. 6. Idem Luc. 8. 28*

Exiabant autem damonia a multis, clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. *Luc. 4. 31*

Respondens autem Spiritus nequam, dixit eis: Jesum novi, & Paulum scio: Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus ambobus invaluit contra eos; ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. *Act. 19. 15*

Tu credis, quoniam unus est Deus: bene facis, & dæmones credent & contremiscent. *Jacob. 2. 19*

Dæmonibus immolare nefas.

NEQUAquam ultra immolabant hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. *Levit. 17. 7* Immolaverunt dæmonis & non Deo, Diis, quos ignorabant; novi recentefque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. *Deut. 32. 17*

Qui (Hierobeam) constituit sibi sacerdotes excellorum & dæmoniorum, vitulorumque, quos leverat. *2. Paral. 31. 15*

Et